quia rufus erat. Si vero iuxta Beatum utraque
~~forma~~ augustissimae species plurimum credatur habere
è coelo, quanto haec incomparabilis tua tot praeco-
nijs, tot Divinis Oraculis celebrata, quanta, inquam,
haec Divinitus habuisse censenda est? a summo utique
coelo; fuit etenim (ut Comes summi Iudicis praecessoris)
secundum cor Dei, secundum gustum totum, ac desiderium.
Merito igitur Rex inclitissime, Regiae Maiestatis
culmen conscendisti; virtus n. sua meruit Imperium,
sed virtuti tuo addidit suffragium; illa praestitit,
ut oporteret te Regem fieri, haec ut deceret,
digna n. species Imperio. Nunc Corneli tuum
egregium ac veritate plenum testimonium resume.
(resumendum est n.) Nisi fuerit pulchri et saepe
insignis indole, resume, inquam, continet enim
de profundo emotae illa sponso, quae cum pulcher-
rimum desideravit, desideratumque invenit. Di-
lectus meus candidus et rubicundus, electus ex
millibus. Summa utique elegantia sponsum
haec invenit, quia ex millibus elegit, et iuxta
gravem Hebraicamque paraphrasin, Rufum elegit.
Sed ubi vestri, Nigri, ubi vestri summi viri?